

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione Saxoniae**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1527**

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93298)

83 A

15153


RH

coll. compl. 1/2

8°. (23, 1 blank) unnumb. Cl.

Knaacke II, 538 (our copy): "Von  
grösster Selbendit".

[MELANCHTHON]  
Original edition



# ARTIC V.

LI, DE QVIBVS EGE

runt Vifitatores in re/  
gione Saxonía.

Anno, M. D. XXVII.

ak

ALBERT

MEYER

83A 15153 RH

ANNO M. D. XXIII

2

ARTICVLI ERGA CVRATO  
ros per Visitatores exami  
nandi. 20

- 1 De decalogo, an doceant decalogū,  
ex quo tradāt doctrinā timoris. De  
pœnis corporalibus & ppetuis. Dif  
ferentiā pœnarū, de singulis uicijs.
- 2 Quomodo fidem doceant, quid sit fi  
des, quo cōsequamur eam, Et quo  
doceant homines iustificari.
- 3 Quid doceant de sacramētis, Bapti  
smatis, Eucharistiæ, & Pœnitentiæ.
- 4 Sit ne uerum corpus Christi in pane,  
uerusq; sanguis in calice, & quo  
hoc probent.
- 5 Quis fructus sit ex manducatione  
petendus.
- 6 De Baptismo paruulorum, & rebā  
ptifatione.
- 7 De pœnitentia, quid sit, Et quæ sint  
eius partes.
- 8 De charitate, & obedientiā erga Ma  
gistratum, de cruce, de patientiā, &  
alijs fructibus spiritus.

A 2 De



- 9 De cōiugio, de timore dei, quomodo  
semp cū fide fit, de insidijs diaboli.
- 10 De traditionibus hominum, quo do  
ceat quæ seruandæ sint, quæ nō ser  
uandæ, quæ sint seruandæ, De uitā  
dis scandalis.
- 11 De forma missæ, de concionibus, de  
ferijs.
- 12 De casibus matrimonialibus, de gra  
dibus prohibitis.
- 13 De redditibus, & usuris.
- 14 De mortuis quomodo doceant.
- 15 De precatōne, an enarrēt orationē  
dominicam
- 16 An symbolon enarrent.
- 17 De scholis.
- 18 De Aedituis.
- 19 De arario, de fundatione pro de  
functis.
- 20 Quis nam puniet adulteros.

Articuli

ARTICVLI, DE QVIBVS  
egerunt per Visitatores in re/  
gione Saxonæ.



**P**ASTORES DEBENT  
exemplum Christi sequi,  
qui quoniam pœnitentiã  
& remissionē peccatorum  
docuit, debēt & ista pasto  
res tradere ecclesijs. Nunc uulgare est  
uociferare de fide, & tamē intelligi quid  
fit fides, non potest, nisi prædicata pœ  
nitentiã. Plane uinum nouum in utres  
ueteres infundunt, qui fidem sine pœni  
tentiã, sine doctrina timoris dei, sine  
doctrina legis prædicant, & ad carnalē  
quandam securitatem adsuefaciūt uul  
gus. Ea securitas est deterior quàm o  
mnes errores antea sub papa fuerunt.  
Hoc genus Concionatorum describit  
Hierem. & uituperat eos, q̄ dicant, pax,  
pax, & nō est pax. Quàm grauius mi  
nat̄ concionatoribus apud Ezech. 3. Do  
minus prætermittentibus hanc partem.  
Si dicente me ad impium, morte mo  
ricis, non adnunciaueris ei, sanguinem  
A 5 eius

eius de manu tua requirā. Itaq; Paulus ait, scripturam diuinitus traditā esse ad arguendū, corripiendum, &c. At nunc isti qui pœnitentiā negligunt docere, unā de principalioribus partibus Euan gelio detrahunt.

Pœnitentiā uero sic docenda est, ut horrentur auditores ad contritionem, quæ est præcipua pars pœnitentiæ. Et est in scripturis uocata mortificatio. de hac Ezech. dicit: Quū ingemuerit peccator, &c. Et Iohel: Scindite corda uestra. Et Iesa: Vbi habitabit dominus? in spiritu humiliato.

Aliquando totum decalogum enarrēt ordine, quia prædicatio legis ad pœnitentiā prouocat, aliquando certum aliquod uitium uituperent, & copiose declarent, quā grauiter offendaſ deus, & quas pœnas minetur. Non enim satis est præcepta enarrare, sed etiā pœnas commemorent, quas deus minatur peccatoribus. Nec tantū de æternis pœnis, sed etiam de præsentis uitæ pœnis doceant, Quia dominus non tantum post hanc uitā, sed multa etiam in hac  
uita

uita punit exēpli causa, ut alios ad pœnitentiam inuitet. Gen. 18. ait angelus, se supplicium Sodomorum ideo Abrahæ dicere, quod sciat eum eius rei memoriã transmīssurum esse ad posteros, ut custodiant uiam Domini. Et Mose præcipit populo Israël, de interempto Pharaone, deq; alijs, quæ acciderant in exitu de Aegypto: Narrate ea filijs uestris, Nā hæc omnia non propter ipsos, ut Paulus ait, sed propter nos scripta sunt, ut discamus timorem dei. Est autem timor domini initiū sapientiæ, &c.

Facit etiam ad docēdum exponere, qualis status sit hominnis, à deo non gubernati, Quia enim in potestate diaboli est, impellitur ad omne genus flagitia. An non uidemus, quas occasiones cædis, & aliorum scelerum multis afferat, ut eos prorsus perdat? Neque ullis uerbis explicari potest, quanta mala impendeant his, quos deus non tegit, aut defendit aduersus satanam. Quòd ruit Saulus, quò prolapsi sunt Kain, Abalon, Achab, & similes impij, quia deus eos nō gubernabat, sed tradiderat

in desiderium cordiū suorum. Ro. i.

Hæc exempla sunt exponenda multitudini, ut inuidentur ad pœnitentiã, & ad petendum auxiliū à deo, & docendi sunt, id quod Christus docet. Hæc inculcare multitudini, multo satius est, quàm uociferari de monachis, & esu carniū, & similibus rebus, quas uulgus uix unquã recte intelligit. Secūda pars doctrinæ, est doctrina remissionis peccatorum, seu doctrina fidei. Hæc intelligi ita demum potest, si ante doctrinam timoris seu pœnitentiæ audierint, quia fides nō potest concipi, nisi in corde contrito, Sic igitur doceant fidem.

PRIMUM, QUID SIT FIDES.

Est autem fides, credere quod deus nobis condonat peccata propter Christum, & quia condonat peccata, adsit, regat, & gubernet nos, & sit saluaturus. Sunt etiam monendi homines, fidem esse, non tantum credere remissionem peccatorū, sed etiam hoc accedere oportere, ut credamus, nos post condonationem peccatorum defendi & regi à deo. Est ideo quoque docendum, con-

donari

donari nobis peccata non propter nostra merita, sed propter Christum, quia si merita nostra iuberentur respici, conscientia eorum qui nulla habet merita, adigerentur ad desperationem.

Item sunt docendi, quod etiam si habeamus merita & bona opera, tamen ea non ualent ad placandum deum iuxta illud: Dicite, inutiles serui sumus. Item: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, sed quod Christi satisfactione iustificamur. Sic igitur diligenter ostendatur populo Christus, quoniam miserit eum pater, ut scilicet satisfaceret pro peccatis nostris, & ut propter Christum receptis in gratiam, detur spiritus sanctus, a quo sanctificentur, regantur, & custodiantur electi credentes.

Doctores fecerunt tres partes poenitentiae, contritionem (de ea iam diximus) confessionem, & satisfactionem.

Sed satisfactio non est aliqua nostra opera, sed Christus, sicut Ioannes ait: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Secundo, semper adijciant, in quibus possit esse fides, scilicet, in corde con-

A 5 trito.

trito. Et arguant eos, qui somniāt se credere, aut fidem habere, quum non habeant: timorem dei, quū nō habeant cor contritū, id enim necesse est præcedere fidem, sicut aurora oriente sole diem naturaliter præcedit.

Tertio doceāt, quomodo corda concipiāt fidē. Sic enim concipiūt, quando deus misertus, perterrefacit cor, & incutit alicui metū iudicij, ea scilicet seu pœnitētia, seu cōtritio, si tum audiat Euangelion, hoc est, si audiat sibi condonari peccata propter Christum, & credat certò ignosci. Sic autē erigatur cor, & concipiat consolationem. Hæc quum uere sunt in corde, & non simulanter, tunc fidē concipit cor, tunc etiā cōcipit spiritum sanctum, qui affert fructus fidei, scilicet humilitatem, castitatem, patientiam, charitatem, & similes fructus. Ibi cor cōcipit propositum bonæ uitæ, & odium peccati, sic Paulus ait Rom 6. Quorū nunc pudet uos. Rom. 8. Si spiritu facta carnis mortificatis, uiuetis.

Debent autē pastores enarrare symbolon Apostolorum ecclesijs. Quidam somniāt

somniant, credere esse id, quod tenere  
historiam de Christo, eaq; cognita iu-  
stificari homines. Verum hi longe aber-  
rant. Nam ea demum fides iustificat,  
quã credit remissionẽ peccatorũ. Ideo  
in enarratione symboli iubeant ad eum  
articulum respici, Credo remissionem  
peccatorum, ad illum omneis articulos  
superiores conferendos esse doceant.

D E C R V C E

Haftenus tradidimus doctrinã iusti-  
ficationis, nunc de fructibus dicemus.  
Iustificatur enim homo per fidem, non  
ex humanis meritis seu operibus. Sed  
fides non est nisi in corde contrito, seu  
mortificato, seu agente pœnitentiam.  
Ita contritio, seu pœnitentia præcedit  
fidem. Nunc de cruce dicemus. Primũ  
docendi sunt homines, omneis afflictio-  
nes corporales & spirituales, malam ua-  
letudinẽ, inopiam, & similia esse opera  
Dei, sic ut Hier. docet Thren. 5. Quis  
est qui dixerit, ut fieret domino non iu-  
bente? Ex ore altissimi nõne egreden-  
tur bona & mala?

Secundo, doceant, propter quam cau-  
sam



sam Deus nos affligat. Affligit em̄ nos,  
ut prouocet ad pœnitentiam. Nam af-  
flictiones sunt partes legis, & pœnæ  
pro peccatis nostris irrogatæ. Sed sicut  
lex non arguit nos ut perdat. Sic Pau-  
lus ait: Conclufit omnia sub peccatum,  
nō ut perdat, sed ut omniū misereatur.  
Item nolo mortem peccatorum. Ita af-  
flictiones arguunt nos, ut prouocēt ad  
pœnitentiã. Ideo dixit Salomon: Quē  
diligit Deus, corripit. & Paulus: Dum  
iudicamur, corripimur. Sunt exempla  
recitanda Dauid, qui ait: Bonum mihi,  
quod humiliasti me, ut discerem iustifi-  
cationes tuas. Item Manasse, 2. Paral. 33.  
qui postquam coangustatus est, orauit  
dominum Deum suum, & egit pœni-  
tentiam ualde coram Deo patrum suor-  
rum, deprecatus est eum, & obsecrauit  
intente, & audiuit orationem eius. Item  
alia multa ex scripturis petenda sunt.

Tertio, in pœna seu afflictione præ-  
standa est patientia, id est, non debe-  
mus irasci, seu maledicere deo, sicut  
Israëlitæ in exitu murmurabant aduer-  
sus deum. Sed potius debemus agno-  
scere

scere & fateri, quod eiusmodi poenam  
meriti sumus pro peccatis nostris. Nos  
enim sumus adiudicati morti. Ita Da-  
uid praestat patientiam dum ait, Prae-  
cipit ei Dominus, ut malediceret. Et debe-  
mus deo gratias agere, quod nos per  
hanc occasionem ad poenitentiam uocat.

Quarto, nihil horum, quae supra dici-  
mus in afflictione, satis est praestare, sed  
oportet accedere ad id, quod summum est,  
scilicet, orationem & inuocationem Dei, ut  
Deus aut gubernet, aut liberet ab hac  
afflictione, sicut scriptum est Psal. 49. Inuo-  
ca me in die tribulationis. Huc igitur locum  
de oratione diligenter inculcet populo.

#### DE ORATIONE.

Oratio est petere aliquid à deo, aut  
Deo pro accepto beneficio gratias age-  
re. Sunt autem haec tradenda de oratione.

Primum, quod Deus non tantum per-  
mittit orari, sed etiam praecipit, Lucae 18.  
sicut praecipit, nos non facere eadem,  
non moechari. Proinde sicut peccant,  
qui eadem faciunt, qui furantur, &c.  
ita peccant etiam, qui nunquam orant.  
Hic exaggeranda est magnitudo diuinae  
bonitatis,

bonitatis, quam hic uidemus ineffabilem esse, quum non tantum largiri uult bona, sed etiã præcipit, ut postulemus, eum patrem putemus esse clementem, qui rogatus libenter largitur bona. Sed quanta clementia est, præcipere omnibus, ut quamplurimum postulent.

Et quoniam oratio est fidei exercitium, hic maxime sentimus fidei infirmitatem. Neq; enim credimus tantã esse bonitatem dei, quantam pollicetur uerbo. Proinde in hoc loco castiganda est fidei nostræ imbecillitas, sicut & Christus taxat imbecillitatem in Apostolis modicæ fidei.

Secundo, in oratione promissio diuina consideranda est, quod deus pollicitus sit se nos exauditurum esse Matth. 7. Dabit bona petentibus se. Item: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Requiritur igitur fides in oratione, ut credamus, quod deus sit nos exauditurus, quia qui præcipit orare, promissit se uelle exaudire & iuuare.

Nec debemus absterreri, quia nos sumus indigni, sicut enim nos iustificat  
propter

propter Christum, non propter nostra  
merita, ita quoque exaudit nos propter  
Christum, & suum præceptum, & suam  
promissionem, non propter nostra me-  
rita. Et tamen hic docendi sunt homi-  
nes, quod eos, qui non agunt pœniten-  
tiam, non exaudit deus, quia oratio im-  
pï abominatio est. Item: Clamabunt, &  
ego nō exaudiam. Item Ecclesiastici. 34.  
Orationem illius quis exaudiet?

Peccata nostra nō debent nos abster-  
rere, quo minus credamus nos exaudiri.  
Si tamen pœnitentiam agimus, & cre-  
dimus nobis ignosci propter Christū.  
Ideo Paulus ait, Orate sine ira, id est,  
cum patiētia, & sine hæsitacione, & cum  
fide, credentes, quod deus sit nos exau-  
diturus.

Tertio docendi sunt homines, oratio-  
ne aliquid petere, aut gratias agere pro  
aliquo accepto beneficio. Non orant  
qui longas orationes docent dicendas  
esse, ut pro peccatis nostris satisfaciamus,  
sed docent, ut Christus uocat, mul-  
tiloquium. Hoc potius agamus, ut po-  
stulemus aliquid à Deo. Et sunt hortan-  
di homi

di homines ut orent, non tantum pro  
suis necessitatibus, sed etiam publicis, ut  
pro Magistratibus, pro pace, pro gloria  
Euangelij, pro annonâ, ut Paulus iussit,  
1. Thessal. 2. Et prodest aliquando in ec-  
clesia cōmunes orationes facere, exhor-  
tariq; homines, ut pro publicis necessi-  
tatibus precentur Deum.

Quarto, docēdi sunt homines, ne de-  
sistant orare, aut diffidant deo, etiamsi  
non statim impetrent, quod petunt &  
uolunt, sed pergāt orare, quia Deus ideo,  
differt exaudire, ut exerceat fidem no-  
stram, sicuti apparet in Syrophenissa:  
Item Lucae 18.

Aliquando deus non id, quod peti-  
mus, sed meliora dat, ideo permittere  
eius uolūtati debemus hoc ipsum, quod  
petimus, ut meliora uelit dare. Ideo em̄  
dicimus in oratione dominica: Fiat uo-  
luntas tua. Et rogemus, ut det nobis obe-  
dientiam, Credere enim debemus, pre-  
ces exaudiri, & non esse irritas, esse au-  
tem aliquid impetraturas. Breuiter, quo-  
nos plura à Deo postulare audemus, eo-  
lubentius largitur deus, sicut in Magda-  
lena

lena apparet, ideo enim multa remittuntur ei, quia multum dilexit, id est, multa ausa est sperare & postulare. Et sic docendi sunt homines, exercere fidem in oratione. Est autem populo oratio dominica diligenter & simpliciter enarranda.

1 Pater noster qui es in caelis. Vbiq̄ ades, & exaudis nos.

2 Sanctificetur nomen, id est, cognoscatur, ut deinde praedicetur & celebretur. Cognoscit, quando scitur quod iudicet peccantes, id est uerè timere iudicium Dei. Secūdo cognoscitur, quod ignoscat propter Christum, id est uerè credere. Sic definit cognitionem Dei Hier. 9. In hoc gloriatur uir, nosse me, quod sum Deus, faciens iudicium & misericordiam.

3 Adueniat regnum tuum, id est, guberna nos, quia sine te nihil possumus facere.

4 Fiat uoluntas tua, id est, da nobis obedientiam, ut toleremus uoluntatem tuam.

5 Panem nostrum quotidianum, id est, omnis corporis necessitates, uictū,

B bonā

bonam ualitudinem, bonam famā,  
prudentiam in administrandis cor  
poralibus & ciuilibus rebus, literarū  
& similia. Hæc doceant etiam Dei  
dona esse, iuxta illud: In ipso sumus,  
uiuimus & mouemur.

6 Dimitte nobis debita nostra, & ne nos  
inducas in tentationē, id est, ne finas  
nos uinci in tentatione.

7 Et libera nos à malo, id est, ab omni  
bus aduersitatibus corporalibus &  
spiritualibus.

#### DE FRUCTIBVS spiritus.

Quum tradiderint doctrinam iustifi  
cationis, doceant non solum agendam  
pœnitentiam, sicut iam docuimus, sed  
ulterius mortificādam esse carnem, & ti  
morem Dei debere crescere, & crescente  
timore, crescere etiam debere fidē. Hæc  
etiam, castitatem, humilitatem, charita  
tem, & mansuetudinem quæ prohibet,  
ne quis priuatim ulciscatur iniurias. Hic  
etiam ad officia charitatis diligenter ad  
hortentur eos, quos docēt, & ad eleemo  
synas

synas elargiendas. Et doceant fidem exer-  
cendam esse, quā hac spe largiantur elee-  
mosynas, quod Deus uicissim nobis sup-  
peditaturus sit uictum & similia, iuxta il-  
lud: Date, & dabitur uobis. Itē: Liberali  
oculo &c. Et hic docendi sunt homines,  
quod omnia ista etiā corporalia sint do-  
na Dei iuxta illud: Benedictio domini  
diuites facit. Itaq; si largiamur eleemosy-  
nas, Deus augebit nostram rem familia-  
rem, dabit publice annonam uberiorē,  
pacem, & similia bona, nō quia facimus  
nos, sed quia talia ipse promisit facienti-  
bus. Imprimis largi erga sacerdotes esse  
debet, quia scriptum est: Duplici hono-  
re digni sunt. Quoties aliquē locum af-  
fert historia Euangelica, ubi uitium ali-  
quod reprehenditur, ibi hortetur ad pœ-  
nitentiam, & colligant argumenta, quan-  
topere Deus id uitium oderit, quā gra-  
uiter puniat. Addant etiam ex scripturis  
aut aliunde exempla, & contrā exigant  
bona opera, & doceant, quā seuerē hoc  
Deus exigat, qui pramīa sit redditurus  
pro illis operibus.

Aliquando dicant de fide, quomodo

621

B 2 iustifi



iustificet, sicuti supra exposuimus, præsertim, quando historia Euangelij offert exemplū fidei seu promissionis. Ibi tum ita tractent fidem, ut dicant, non posse sine pœnitentiā existere. Hæc semper dicant de fide. Sed tractēt etiā doctrinā operum & pœnitentiā, & certa aliqua uirtute nonnunquam concionem consument, ut in tractanda sobrietate, & in sectatione ebrietatis, in tractanda castitate, in sectandis scortatoribus. Aliquādo de elemosynis dicant. Et, sicut supra dixi, p̄derit aliquādo ordine per aliquot conciones decalogum enarrare. Aliquando de oratione dicant, de qua tamen quum dicant, necesse est fidei naturā declarare. Et ibi populū præsentēs necessitates considerent, ut inopiam, aduersam ualitudinem, aut similia. Antè aduersus morbū comitālem colebāt Valentinum: aduersus morbum pecudum, Anthonium: aduersus pestem, Sebastianum, Rochum, &c. In his omnibus necessitatibus doceantur auxilium postulare à deo, quia deus omnibus necessitatib⁹ nostris uult opitulari, ut hæc & similia populus assuescat deo

scat deo commendare. In his paruis re-  
bus fidei tyrocinium faciendum est, sicut  
Iacob ait: Si dominus dederit mihi pa-  
nem, aquam, uestem, erit mihi in deum.  
Item: lumenta & homines saluabis do-  
mine. Valde enim incommode docent,  
qui non adsuefaciunt uulgus ad postu-  
landum auxilium à deo, etiam in corpo-  
ralibus afflictionibus.

#### DE MAGISTRATIBVS.

Inter omnia charitatis officia præci-  
puum est obedire Magistratibus. Hic lo-  
cus diligēter est tractatus Ro. 13. Tantū  
hoc agāt cōcionatores, ut eum sape enar-  
rent populo, potest em̄ tractari in enar-  
ratione quarti præcepti, de honorandis  
parentibus. Et diligenter doceant homi-  
nes, etiam si Magistratus iniuriā faciunt  
subditis, tamen eam ferendā esse, & non  
parandum esse odium aduersus illos, iux-  
ta sententiam: Qui resistit Magistratui,  
iudicium sibi acquirit.

Hic etiam exempla debent proponi,  
quibus uideant seditiones diuinitus gra-  
uissime punitas esse, sicut Chore, Ame-

B 3 lech,

lech, Absalom, & multi alij testatur. Hæc  
multo utilius est inculcare multitudini,  
quàm adsuere eos ad contemptum  
Magistratum . hoc faciunt, qui incaute  
docent libertatem Christianã . Hæc etiã  
de legibus, sententijs, & edictis iudicũ in  
singulis urbibus docedi sunt, quod sint  
edicta diuina, hoc est, quod Deus illis  
obediri tanquam suæ uoci uelit, sic enim  
ait Salomon : Diuinitio in labijs regis,  
id est, quicquid reges seu Magistratus  
pronunciant, id pro dei uoce amplecten  
dum est, & obtemperandum tanquam  
manifestæ uoci de cœlo. Quidam indo  
cti de legibus clamitant, quod non liceat  
uti Gentilibus, seu Imperatorũ legibus,  
sed malunt eos iudicare ex legibus Mo  
saicis, Hi quoq; errant, quia Deus appro  
bat gladium & ordinationem gentilium  
Magistratuũ, Rom. 13. 1. Timoth. 2. &  
Act. 15. Luca 3. Estote contenti, &c.

Licet itaq; uti gentilibus legibus, quia  
Deus dedit nobis legem naturæ, quam  
sequentes possumus leges de ciuilibus  
rebus condere Deo placentes, ad Roma  
nos 2. Habent legem scriptam in cordi  
bus.

bus. Et sicut Deus non exigit à nobis ce-  
rimonias Mosaicas, ita nec πολιτικά Mo-  
saica seu iudicialia, ut uocāt. Honore af-  
ficere Magistratus, est non tantum obe-  
dire, sed summus gradus honoris est,  
pro eis orare, & deo gratias agere, quod  
per eos qualicunque pace fruimur, nec  
omnia latrocinij & cædibus infesta fi-  
ant. Inestimabile beneficium est, qualem  
cunq; ordinationem ciuilem conseruare  
iudicando, puniendo fontes, prohibēdo  
cædes, furta & similia. Huius beneficij  
magnitudinem diligenter inculcent po-  
pulo concionatores.

#### DE TIMORE DEI.

Supra dixi, fidem non existere sine ti-  
more dei, ideo diligentius est inculcan-  
dum, q̄a Christus ihs, qui iustificati sunt,  
tantum impendere periculi affirmat, ut  
dicat Satanam expulsum conari redire,  
stipatum alijs septē, & accedere aliquan-  
do, ut nouissima fiant prioribus peiora  
Has insidias diaboli debent inculcare  
populo. Quia Euangelium reuelat & ar-  
quit potestates tenebrarum, Ioannis 16.

B 4 Spiritus

Spiritus sanctus arguet mundū de peccato, iustitia, & iudicio. De peccato, qd̄ non credat deo, quod non possunt à ratione iudicari. Ratio enim tantum externa peccata iudicat, ut furtū, cædē, ebrietatem, adulteriū, & huiusmodi. Sed spiritus sanctus etiam occulta & proprietate in corde arguit, ut contemptum Dei, uacare metu iudicij Dei, Deo diffidere, desperare de Dei benignitate & misericordia.

#### DE IUSTITIA.

Mundus enim iudicat, iusticiam esse tantum externa opera, seu ciuilem obseruationem legis. Sed spiritus sanctus docet nos, nostra opera nō satisfacere deo, sed Christum satisfactionem & propitiationem esse. Itaq; fide iustificari.

#### DE IUDICIO.

Quia mundus non iudicat Satanam nobis nocere, sed spiritus sanctus docet nos, potestatem Satanae debilitatam esse à Christo, sed impijs eum dominari, & impellere ad omne genus flagitij.

Est

Est autem duplex timor dei. Quidam est sine fide credente, quod Deus miseretur nostri, & recipiat nos in gratiam, sicut Satanus timet deum. Et quanquam credat Euangelij historiam, tamen non credit sibi ignosci. Adeo huc pertinet, quod Iacob ait: Dæmones credunt & contremiscunt. Hic timor uocatur seruilis. Alius timor, confidere, ubi cor terretur, & tum fides erigitur, & credit sibi ignosci, & placatum esse deum. Taliter sentiunt & exercent sese timor & fides, nec otiosæ sunt cogitationes animi, sed necesse est reuera perhorrescere animos timore, & postea iterum reuera per fidem consolationem & gaudium accipere. Hic timor uocatur filialis, de quo dictum est: Deum time, & mandata eius serua, &c. hoc est, omni homini timentis deum, non deerit omne bonum.

#### DE SACRAMENTIS.

Baptismus, est signum poenitentiae. Sicut enim immergimur aqua, sic oportet mortificare ueterem hominem, id est, conterri nos. Ideo habemus in Euangelio præ-

B 5 dica

dicationem poenitentia: Agite poenitentiam, quia appropinquat regnum caelorum. Item habet adnexam promissionem: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Doceant igitur effectum baptismi per omnem uitam debere durare, hoc est, semper nos debere poenitentiam agere, & simul credere, quod deus uelit nobis ignoscere. Et saepe admoneant huius baptismi populum.

Item caueant admittere rebaptizationem, quia prior baptismus paruulorum improbari non potest, sicut nec circumcisio paruulorum, Et circumcisio & baptismus sunt eiusdem rei signum. Nec ualet argumentum, paruulos nondum habere rationem, ideo nec fidem posse habere, quia deus agit in eis, etiam si ratione non utantur, sicut apparet de circumcisione: Ego ero deus eorum. Item: *Sinite paruulos ad me uenire.*

#### EVCHARISTIAE SIGNVM.

Primum sic doceant, iuxta uerbum Christi esse cum pane uerum corpus Christi, cum calice uerum sanguinem, quia  
dominus

dominus ita uocauit. Et Paulus ait: Discernendum esse corpus domini. Item Christus ait: Hic est calix nouum Testamentum Testamentum sanguine conditum, nō signo sanguinis. Item: Panis, quem frangimus, est communicatio corporis Christi. non ait, Est communicatio spiritus Christi. Huc faciunt ueterū scriptorum sententiā.

Secundo doceant, sicut; Christus instituit, ut utraque specie utantur. Itaque sumendam esse utranque speciem. Cyprianus ait, quod nec minimum discedendū sit à Christi mandato & præscripto. Sed tamen si adhuc aliqui infirmi essent, nec satis eruditi, hi sinēdi sunt suā conscientia, ut altera specie tantum utantur. Et hic docendi sunt homines, ne alter alterum iudicet.

Tertio, quod maxime necessariū est, manducatione corporali non iustificari homines, sed manducationem esse signum, quod nos admoneat, ut credamus, Augustinus uocat Sacramentum uisibile uerbum, quia nō aliter habet se, quàm ipsum corporale uerbū. Vt enim  
in aurem



in aurem ipsum uerbum currit. ut moneat, sic Sacramentum currit in oculos, ut moneat nos promissionum diuinarum, & excitet ad credendum. Porro promissio adnexa huic Sacramēto hæc est, Corpus domini traditum esse pro nobis. Item, Hic est calix noui Testamenti, id est, nouæ promissionis, scilicet promissæ gratiæ, & omnium bonorum spiritalium.

#### DE PŒNITENTIA.

Iam dixi pœnitentiã non esse distinctum Sacramentum ab alijs, sed significari tum à Baptismo, tum à manducatione corporis domini & sanguinis. Ita pœnitentiã per omnem uitã durare debet, iuxta illud: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

Partes pœnitentiæ sunt contritio, id est, dolor de admissio peccato, seu uere perhorrescere iudicium dei, & sentire, quod sumus rei æternæ mortis. Talis contritio in alijs frigidior, in alijs uehementior est. Est igitur orandum, ut deus efficiat uerissimã, sicut & propheta Hic remias

remias dicit: Postquam ostendisti mihi,  
percussi foemur meum. Semper autem ho-  
mines ad contritionem adhortandi sunt.  
Hac ipsa contritio uocatur mortificatio  
ueteris hominis, uocatur etiam cognitio  
peccati, eamque deus immittit.

Secunda Pœnitentiæ pars est confes-  
sio, quum Deo confitemur peccata, id est,  
fatemur nos iure puniri. Et tamen roga-  
mus ueniam, iuxta Psal. 31. Dixi, confite-  
bor aduersus me iniustitiam, & tu remi-  
sisti iniquitatem peccati mei. Est & alia  
confessio, quæ fit sacerdoti, in hac non est  
exigenda scrupulosa enarratio omnium  
debitorum, est enim impossibile iuxta il-  
lud Psal. Delicta quis intelligit? Sed ta-  
men ad Eucharistiam nemo admitten-  
dus est, nisi antea exploratus. Interrogari  
autem debent, non tantum quid de Eu-  
charistia sentiant, sed etiam, an doleant  
se peccasse, quod credant se consequi posse  
remissionem peccatorum. Postea hor-  
tandi sunt, ut proponant, si quo casu ma-  
xime anguntur. Est etiam exponendum  
eis, quod deus dedit clauis ecclesiæ ui-  
ce & loco dei, itaque absolutionis senten-  
tiæ

tia credant propter Christum, & quod  
Christus audire uelit, sane sperant, iuxta  
illud: Vbi duo erunt congregati, &c.

Satisfactio ita docenda est, non esse  
aliam satisfactionem, nisi passionē Chri-  
sti, & sic moneatur, & augeatur eis con-  
tritio, tantopere displicere deo peccatū,  
ut nulla creatura pro peccatis satisfacere  
potuerit. Sed ipsum solum dei filium fu-  
isse mittendum, qui satisfaceret. Necessē  
est igitur deum uehementer odisse pec-  
catum, & ualde duros esse eos, qui, quū  
uideant filium dei pro nostris peccatis  
occidi, non commoueantur, nec cogitēt,  
quantas pœnas daturi sint, quum per-  
gunt peccare. Secundo, augeri fides de-  
bet, quum audiant tantam esse miserico-  
diam, ut Christus ipse suam mortem uo-  
luerit pro nobis offerre. Quæ potest alia  
uberior consolatio esse in corde afflictō,  
quàm quum sentiant sibi Christum pec-  
cata sustulisse, & suam satisfactionē uelle  
respici, non respici nostra aliqua opera.  
Conscientia enim horrore iudiciū tacta,  
sentit ea non esse satis ad placandū deū.  
Fides autem est certe sentire, quod pro  
ptea

pter Christum peccata nobis cōdonata  
sunt. Et quod deus iam receptum in gra  
tiam uelit regere & defendere.

#### DE CONIUGIO.

Diligenter etiam inculcari debēt con  
iugibus, ut cogitent se à deo copulatos  
esse, & propterea credant illud uitæ ge  
nus placere deo, & deum per omnia for  
tunaturum esse. Multa sunt coniugum  
aduersitates. In his expectent à deo con  
solationem, & credant deum opitulatu  
rum esse. Quandoquidem per ipsum co  
pulati sunt iuxta illud: Quos deus con  
iunxit, homo non separet. Itē Salomon:  
Hauriat uoluptatem à domino, quasi di  
cat, Dominus in aduersis consolabitur  
coniuges. Sape uir, sape mulier, sape li  
beri periclitabuntur: aliquando angit  
eos inopia, aliquando educatio liberorū.  
In his casibus recurrant ad hanc autho  
ritatem: A deo copulati estis. Itaq; spere  
mus & postulemus ab author enostræ  
societatis auxiliū.

Secundo, hortandi sunt coniuges, ut  
alter alterum toleret, in tanta infirmitate  
animorū

animorum humanorū, saepe causas incidere, quas discant per patientiam mitigare. Hac de re satis diligenter praecepit Petrus.

Tertio, docendi sunt, ut uasa sanctificent, hoc est, ut moderentur uoluptatē.

#### DE CASIBVS PROHIBITIS.

Supereft, ut moneantur Pastores de casibus prohibitis coniugij, quia uaria incidunt, ideo in illis dijudicandis cauti esse debent. Primo non admittatur, ut contrahant personæ contra gradus prohibitos in lege Mofi. Notum autem est, qui gradus sint, Leuit. 18. Alicubi auunculus aut patruus neptē ducit, hic quoque casus in Leuitico prohibitus est: Turpitudinem fratris tui nō reuelabis. Propterea dissuadeant huiusmodi coniugia.

Causa diuortij est adulterium. Sed hic priusquam fiat diuortium, semper reconciliatio tentanda est, nec licet discedere ab adultero, aut reñcere adulteram sine iudicio Ecclesiæ, hoc est, eorum, quibus commisit Ecclesia.

Item, non licet ei personæ, quæ discessit

fit

fit ab adultero, contrahere matrimoniū  
cum alia, nisi diuortium coram Ecclesia,  
id est, his, qui præsunt, factum sit. Quid  
si alter coniugum alterum deserit? Re-  
spondeo: In hoc casu nihil temere statu-  
endum est, sed diligēter requiratur per-  
ona, quæ discessit, nec innocēti personæ  
permittatur aliud matrimoniū inire,  
nisi antea per legitimos magistratus sit  
requisita persona, quæ discessit.

Quid si mulier agrotet morbo gallico,  
seu lepra, liceat aliam ducere? Respōsio:  
Nō licet, nec morbum esse causam rescin-  
dendī matrimoniū, nec senecta causa est  
diuidendī. Igitur pastores in his casibus  
iudicandis cauti sint. Quid, si quis con-  
traxit cum aliqua, & postea etiam con-  
traxit cum secunda, eamq; stuprauit,  
utram habebit? Respondeo, primā, quia  
fides data ualet, secunda decepta est. Nō  
enim potest ei promittere, quod alteri  
tradiderit.

Quod si quis stuprauit uirginem an-  
tea, cogendus est? ut ducat, charitas est.  
Item etiam hortandus est, sed si nō uult  
ducere, dotet eam. Ea est in iure poena

C      consti

cōstituta stupranti, aut ducat, aut dotet.

Quod si quis ducat contra parentum voluntatem, debet retinere: Respōdeo: æquum est ut retineat. Quia quanquam parentes habeant ius aliquod, tamen eo iure uti debent sine iniuria. Debent tamen à Magistratibus aliqua mediocri pœna puniri, qui contrahunt contra voluntatem parentum, si parentes hoc non ultro condonāt liberis. Item, sunt uidentæ causæ, quur parentes cupiāt rescindi contractum.

#### DE TRADITIONIBVS humanis.

Iam hoc postremo loco tractādo, magna pars concionatorum plurimum collocant temporis, quum loci pœnitentiæ, timoris, fidei, bonorum operū, obedientiæ erga Magistratus, multo magis necessarij sint ad instituendam conscientiam & mores, quàm hæc disputatio de traditionibus humanis. Et planè nunc est nouum genus caloris eorum, qui clamitāt scelus esse, hæcere cuculla, aut non edere feria sexta carnes. De timore dei inter im  
nihil

nihil dicunt. Tum enim quid aliud faciunt, quàm quod ait Christus : Glutiūt Camelum, & colant culicem? Propterea moneo concionatores, ut uulgo recte de hoc loco dicant & caute, Tractent ea potius, quæ ad ædificationem faciunt, nempe superiores locos. Nímia enim insectatio traditionum hominum, quid facit aliud, quàm ut uulgus adsuefeat ad omnium legum humanarum & diuinarum cōtemptū? Nō enim discernit uulgus factis inter diuinas & humanas leges. Itaq; hoc genus scandali summe cauendum est docentibus.

Traditionum, aliæ manifeste præcipiunt contra diuina præcepta, & nō sunt seruandæ, quia dicunt Apostoli Act. 5. Oportet deo magis obedire, quàm hominibus. Huiusmodi sunt nundinationes Missarum, ut quum Missæ leguntur tantum pecuniæ causa pro defunctis.

Missæ enim est instituta, ut esset sacramentum, seu memoriale uiuorū, ad exercendam eorum fidem. Mortuū uero nullo opere possunt exercere fidem suam. Sic etiam est traditio de cœlibatu, quia

C 2 pugnat



pugnat cum loco, ubi Paulus ait: Melius est nubere quam uri. Cogit enim traditio illa eos, qui utuntur ad peccandum. Utuntur autem illi, qui nullo modo possunt continere.

Secundo, quaedam traditiones sunt de medijs rebus. De his ita doceant, non eas esse necessarias ad iustificationem, sicut Christus ait: Frustra colunt me mandatis hominum. Sed inter has quaedam sunt utiles ad pacem ecclesiae, ut observatio Dominicae, aut aliarum feriarum, Paschatis, Pentecostes, Natalis, aut similia. Oportet certum diem populo constitui, quo conveniat ad discendum, nec semel tota historia Evangelica tradi potest. Quare alia alijs diebus traditur, alia Paschati, alia in Pentecoste, alia in Natali docentur. Ad hunc usum tales traditiones servandae sunt, quia praecipit Paulus: Omnia fiant in ecclesia cum decore. Est enim confusio, si non constitueretur certus dies multitudini, quo conveniret. Huiusmodi etiam ordinatio concionum est. Effet enim confusio, si suam quisque concionem faceret, & non certam aliquam  
canti

cantilenam omnes canerent.

Sic igitur hæ traditiones sunt seruanda, non tanquam necessariae ad iustificationem, sunt tamen utiles ad pacem. Et sicut longa ueste, non militari sacerdos libere utitur, & alia alio labore uel negotio uti potest. Si quis argumentatur, potestatibus esse obediendum, & potestatem præcipere omnes traditiones seruari. Item: Supra cathedram Mosi sederunt scribæ, quicquid dicunt, facite. Respondeo: Obediendum est potestati, sed si præcipiat facere contra præcepta dei, iam deo plus obediendum est, & Christus iussit pseudopphetas uitari. Porro omnes traditiones, etiã mediæ, sunt contra Euangelion, quando exiguntur tanquam dei præcepta necessaria ad iustificationem, quia Paulus ait: Nemo nos iudicet in cibo aut potu, &c.

Item uocat doctrinas daemoniorum, sed tamen quum existimentur necessaria, uidendum est, quod Christus ait. Et Paulus noluit circumcidere Titum, quum circumcisio tanquam necessaria exgeretur. Sed in uiolandis traditionibus ser

C 3 uanda

uanda est moderatio, ne offendamus infirmos. Infirmi aut sunt duplices, Alij accipiunt occasionem licetia, ut magna pars uulgi, ex causa traditionu uiolatio-  
ne nesciut fieri, incipiuntq; diuinas & hu-  
manas traditiones contemnere. De hoc gradu scadali dictu est: Væ homini, per que ueniut scandala. Alij sunt infirmi, q nondu satis sunt instructi, & suspicantur doctrina falsam esse, itaq; abalienant reli-  
quis doctrinae partibus necessarijs. Pau-  
lus ait, se malle mori, q; offendere fratrem. Itē: Si haberē fidē, ut montes transferrē, charitatē aut nō habeo, nihil sum. Cedit igit in tali casu fides aliquādiu charitati, ppter ea huiusmodi offensiones diligen-  
ter uitāda sunt. Hac satis est monuisse.

De traditionibus hominum nō prodest usque adeo multum quotidie dispu-  
tare apud uulgos. At isti sunt maximor-  
um scandalorū autores, sicut qui uulgo  
sunt autores maioris licentia. Quare  
non potius hortantur eos ad seruitutē:  
ut Paulus ait: Qui uocatus est in circūci-  
sione, non accerlat preputium. Qui est  
apud eos, qui uescunt carnibus, uescat  
in no7

in nomine domini. Qui est apud alios  
non uescētes, non iudicet eos, & abstineat.  
Hoc cōsiliū dedit Ambrosius matri Au-  
gustini, ut Romæ seruaret ritus eius ur-  
bis, Mediolani Mediolanen. ritus, satis  
em̄ sciret, qđ non iustificēt. Diligēter etiā  
discernant Ecclesiasticas traditōnes, ne  
putent legibus ciuilibus conscientias non  
teneri. De his enim ait Paulus: Obedite  
non solum propter metū, sed etiā propter  
conscientiam.

DE LIBERTATE CRISTIANA.

Libertas Christiana primum hæc est,  
habere remissionē peccatorū per Chri-  
stum, & consequi spiritū sanctū, per quē  
liberemur à potestate diaboli. Ioan. 4. Si  
uos filius liberarit, uerè liberi estis. De  
hoc gradu libertatis diligēter docendū  
est. Nā hæc affert consciētis maximā uti-  
litatē. Consolatio em̄ cōcepta corde, lu-  
cantes cū peccatis iuuat, quū sciunt sibi  
promissum esse auxiliū aduersus infir-  
mitatē carnis, aduersus diabolon, ne uin-  
cantur, ne rapiantur ad peccandū.

Secūdus gradus est, liberatos esse nos  
à lege Mōsi sicut Paulus ait ad Ephes. 2.  
& Collos. 2. C 4 Sunt

Sunt autē legis tres partes, Decalogus,  
Cæremoniæ, & Iudicialia. Sumus itaq;  
liberati ea parte legis, quæ non exigit iu-  
stitiam cordis. Hæ sunt cæremoniæ, &  
iudicialia. In lege Mosi primogenitus  
habebat duas partes hæreditatis. Diui-  
duntur nunc iuxta Romanas leges, li-  
cet enim uti gentilibus legibus, quia  
deus approbavit gladium gentium.

Item leges gentiū sunt ex legibus na-  
turæ collectæ. Porrò leges naturæ sunt  
etiam diuinæ leges, Rom. 2. Sunt autē  
tales: Neminem lædere, suum unicuiq;  
tribuere, ab alterius uxore abstinere, cer-  
tis legibus matrimonia cōtrahere, alere  
sobolem, reddere gratiam, obedire Ma-  
gistratibus. Hæc omnia deus scripsit in  
animis nostris.

Quum autem uocamus diuinās, scri-  
ptas in saxo, quur non uocamus etiam  
leges diuinās, scriptas in cordibus no-  
stris? In lege Mosi decimæ tantū dabant  
sacerdotibus, apud nos decimæ illis dan-  
dæ sunt, quibus eas Magistratus nostri  
tradī iusserint. Sic legibus nostris suspē-  
dimus fures, Lex Mosi non suspendit  
Decalo

Decalogus autem exigit iustitiã cordis, propterea non est abrogatus, quia Christiana iusticia, est iusticia cordis. Nõ enim est caremonia externa aut interna πολιτία, id est, politia, sed, sicut Paulus ait, πολιτεια ἐμ οὐρανοῖς. Propterea etiã decalogus est reperitus in Euan gelio & exigitur, sicut ait dominus: Nõ peribit apex de lege. Hęc pars legis, quæ scripta est in cordibus, non potest aboleri, quõ natura humana non sit abolita, in qua scripta semper extat. Hęc docentur copiose in Actis 15. Hunc gradũ libertatis oportet tenere eos, qui docet in Ecclesijs. Quod quum non tenerent ante biennium authores seditionis, magna alimenta furoris sumperunt inde, quia decimas uolebant eripere nobilitati, quod uolebant uenationes publicari, etiam sylvas communes reddere, quod erat prædam potius, quàm libertatem Christianam docere.

Postremo autem infimus gradus libertatis est, quod deus non exigit ad iustificationem traditiones humanas. De hoc uno gradu, quem facile est ex præ

C 5 dicitis

dictis cognoscere, tantū docent pleriq;  
de superioribus rebus magis necessarijs,  
nihil aut raro loquuntur, quod est planē  
glutire camelum, & excolare culicem.

#### DE LIBERO ARBITRIO

Volo etiā nonnihil de libero arbitrio  
adscribere, quomodo doceri debeat, de  
quo pleriq; ualde incōmode loquunt,  
& quia clamitant omnino nos nihil fa-  
cere posse, aliud nihil docēt, quā diffi-  
dētiā, quæ multa peccata parit in uulgo.

Voluntas humana, est uis libera, ut fa-  
cere possit iusticiā carnis, seu iusticiā ci-  
uilem, ubi lege & uī cogit, ut non furari,  
non occidere, non mœchari. Paulus em̄  
quum iusticiam carnis uocat, docet esse  
quandam iusticiæ partē, quam caro coa-  
cta suis uiribus faciat, Rom. 2. Gentes na-  
tura faciunt, quæ legis sunt. Quid autē  
faciunt nisi ciuile iusticiam? Exigit autē  
deus iusticiam hāc, 1. Timoth, 1. Lex est  
iniustis posita, uult deus coerceri rudes  
& imperitos doctrina legis.

Propterea doceant, in nostra manu si  
cogatur uī esse carnem frenare, & ciuile  
iusticiā

iusticiã præstare, & hortentur diligenter  
ad recte uiuendũ, quia deus hanc quoq;  
iusticiam exigit, & grauiter puniet illos,  
qui adeo negligenter uiuunt, & somniãt  
hanc iusticiam non esse in nostra manu  
si extorqueatur. Et sicut alijs donis dei  
bene uti debemus, ita etiã uiribus, quas  
deus naturæ tribuit, bene uti debemus.

Sed has uires diabolus impedit, qui  
agitat corda ad peccandũ, & propemo  
dũ cogit, id ergo moneant homines, ut  
accendantur ad petendũ auxiliũ à deo.  
Ita deus adiuuabit etiã naturalia dona.

Secundo, uolũtas humana non est li  
bera, si respicias opera spiritalia, ut uerã  
fidẽ habere erga deũ, castũ cor, depone  
re cõcupiscentiã, sui amorẽ. Sic enim ait  
Paulus: Animalis. i. carnalis homo, non  
percipit ea, quæ dei sunt. Rom. 8. Legi  
dei non potest subijci. Vera illa spirita  
lia non potest efficere ratio, scilicet timo  
rem dei, castũ cor, gaudiũ in cruce. Atq;  
hoc est demũ uerã & Christianã iusticiã  
diuinitus accipiendam esse. Ciuilis iusti  
cia nõ est satis coram deo, quamuis etiã  
deus exigit eam.

De



## DE LEGE

Lex est docenda propter duas causas, habet enim duos effectus, coercere carnem, & terrere conscientiam.

Primum igitur docenda est & urgenda, ut coercerentur rudes homines, iuxta illud: Lex est posita propter transgressiones, scilicet, cauendas. Item: Lex est iniustis posita. Non enim delectatur Deus ista uitæ feritate quorundam, qui quum audierint, non iustificari nostris uiribus & operibus, somniant se uelle expectare à Deo, donec trahantur, interea uiuunt impurissime. Hi maximas pœnas dabunt Deo. Sunt igitur ualde obiurgandi à docentibus in Ecclesia.

Secundo, docenda est lex, ut terreat conscientias, iuxta illud: Per legem cognitio peccati, id est, ut homines ad pœnitentiam uocentur, & per pœnitentiam ad fidem & ad iustitiam Christianam. Hos duos effectus legis ob oculos & in conspectu habeant. Hi qui docent in Ecclesijs, diligenter tradant doctrinam legis, alioqui, ubi doctrina fidei  
fine


sine lege traditur, infinita scandala oriun-  
tur: uulgus fit securum, & somniat se ha-  
bere iustitiam fidei, quia nesciunt  
fidē in his tantum esse posse,  
qui habent contri-  
ta per legem  
corda.

A M E N.

1 5 3 7

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





*Faint handwritten text, possibly a signature or date, in the top right corner.*





